



A. D. A.
 EPISTOLA I.

Argentoratum scripta.



Tinam, mi D. Juli, cum tanto flagres in patriam redeundi desiderio, magno tuo bono redeas, & V. CL. D. Parenti tuo (a) magno sis solatio.

Quæ reliqueris novisti, quæ secleris propediem experieris, quæ porro facienda tibi sit dies, juxta proverbium, docebit. Si te ipsum amas, fuge crapulam, ceu pestem. Nec in gratiam sociorum grava cor tuum. Etsi magno dolore affectus sum, nocte quæ præcessit abitus tui diem: fui tamen de te sollicitus, quia verebar ne sic te afflixisses, ut equestrem vectionem ferre non posses. Scripsi D. Parenti tuo familiariter: & ita obsignavi literas, ut facile eas aperire & le-

A gere

(a) Qui erat Christophorus Fabius Jugel. Quantum constat fuit J. U. D. diversorum Principum & Statuum Imperii, ut & Reipubl. Noricæ consiliarius n. 1530. Norib. 11. Martii obiit 1586. d. 10. Sep.